Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Frantz Essen von

Oratio breviter repræsentans Characteres & Ornamenta Generosi Juvenis, quam, Privatô studiô elaboratam ... in Auditoriô Majore Scholæ Senatoriæ Gryphicæ ad VII. Iduum Quintilis Anni MDCCVI.

Gryphiswaldiae: Typis Georg. Henr. Adolphi, 1706

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0001
DFG

Rb-6131(2)
1-39
1-89.

Rb- 6131
(2.)

Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Inhalt.

1. Omeisius, Magn. Dan., Panegyricus, quem Leopoldo I. ob victoriam prope Zentam consecrat. Altd. 1697.
2. a Luck, Chph. Sigism., Panegyricus sacer memoriae Leopoldi I. Vratislaviae.
3. Cörberus, Casp., oratio panegyrica in connubium Josephi, Romanorum Regis, et Wilhelminae Amaliae, filiae Johannis Friderici, Brunsvicensium et Luneburgensium Ducis. Cum programmate. Helmstad. 1699. Mart.
4. de Wickenburg, Joh. Franc. Capellini, conditus Stechinelli, Panegyricus nuptiis Josephi et Wilhelminae Amaliae - Helmst. 1699. Mart. Cum programmate.
5. Schwarz, Christ. Gotth., oratio genethliaca Imperatoris Caroli VI. et Imperatricis Elisabethae Christinae filio primo genito Leopoldo 1716. April. habita. Altorf. Cum programmate.
6. Eisenreich, Jo. Jac., Panegyricus eidem Leopoldo dictus. 1716. Halae. Cum programmate et epist. gratulator.
7. Michaëlis, Joh., porta triumphalis, post redintegratam pacem Regi Sueciae Carolo Gustavo erecta. Gryphiswald. 1658.
8. Pomereschius, Jo., oratio in excessum Caroli Gustavi. Gryphiswald. 1660.
9. Wendt, Hercules, oratio de Carolo Gustavo in Carolo XI. redivivo. Hbd. 1694.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0003
DFG

10. Kirchmaier, Ge. Casp., panegyricus funebris memoriae Caroli XI. 1697. 24. Nov. Witteberg. Cum progr.
11. Saalbach, Christ., panegyris in nativitatem Caroli XII. 7. Iuli 1682. Gryphiswald. Cum intimatione orationis
12. Idem, gratulatur Carolo XII. regna sua iure hereditatis capessenti. 4. Mart. 1698. Gryphiswald. Cum programmate.
13. Michaelis, Joh., panegyricus coronationi Christinae, reginae Suecorum, dictus d. 12. Nov. 1650. Gryphisw.
14. Witten, Henning, planctus in obitum Ulricae Eleonorae, reginae Suecorum. Rigae, s. a.
15. Brehmius, Joh. Rud., oratio funebris in mortem ejusdem 1693. Nov. Revaliae.
16. Samson, Claudius Herm., orat. parentalis in mortem ejusdem. 1693. Nov. Lipsiae. Cum programmate.
17. de Schwartzern, Nicol., orat. funebris in mortem ejusdem. 1693. Nov. Halae.
18. Behr, Chph., invitat ad orationem in memoriam Johannis III., regis Poloniae, 1696. d. 19. Iuli habendam, et oratio ipsa. Gedani.
19. Balduinus, Christ. Ad., panegyricus in honorem Johannis Georgii, electoris Saxoniae. 1655. d. 25. Sept. Witteb.
20. Olearius, Joh., orat. parentalis in mortem Augusti, Ducis Saxoniae, Archiepiscopatus Magdeburgensis postulati Administratoris. 1680. Lipsiae.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0004
DFG

21. de Poelnitz, Gottl. Fridem., oratio natalitia in nativitatem Friderici Augusti, filii Mauritii Guilielmi, postulati Administratoris episcopatus Naumburgensis. Jenae 1700.

22. de Hesberg, Christ. Erdm., laudatio funebris Johannettae, Ducis Saxoniae — 1701. 24. Nov. Jenae.

23. v. Platen, H., et v. Platen, Hartw. Casp., natalis Friderici Wilhelmi, Electoris Brandenburgiae, et Caroli Aemilii, Marchionis Brandenburgensis, celebratus. d. 6. Febr. 1674. Lips. Cum programmate.

24. a Lith, Tido Henr., panegyricus, quo Friderico Wilhelmo Magno, Electori Brandenburgiae, ob donationem viginti millium thalerorum Academiae factam, gratias egit. 1686. Frcft. ad Viadrum.

25. de Hünicke, Joh. Chph., Panegyricus ob res gestas Friderici Wilhelmi Magni et gentis Zollerianae. 1687. 15. Juli. Ibd.

26. de Rohr, O. Alb., orat. eucharistica de Friderici III., Electoris Brandenburgici, beneficiis in subjectos. 1690. 8. Mart. Cum programmate. Frft. a. V.

27. de Bismarck, Chph. Ge., oratio eucharistica de praelio ad Ordingam et de victoriis Friderici III., quae hanc consecutuae sunt. 1690. April 4. Ibd.

28. Rango, Imman., oratio propter coronationem Friderici, Regis Borussiae. Rost. (Eine kurze Geschichte der Brandenburg. Fürsten.)

29. de Blumenthal, Car. Lud., de justitia principum, nummis veterum commendata. Frost. a. V. 1702. 22. Febr.

30. v. Ribbeck, H. G., panegyricus ob nuptias Friderici Wilhelmi, regni Borussiae heredis, et Sophiae Dorotheae. 1706. 29. Nov. Halae. Cum progr.

31. Meurer, Garl., oratio gratulatoria ob Natalem Electoris Hannover. Augusti. 1693. 12. Nov. Wittb.

32. Bodock, Laur., oratio propter nuptias Gustavi Adolphi, Ducis Meclenburgici, et Magdalenae Sibyllae. Cum orationibus Jacobi Preuseri et Ern. Cothmanni. Rost. 1655. Jan. 10.

33. Worm, Ol., orat. parentalis propter obitum Wilhelmi, Daniae Principis. 1705. Dec. 3. Hauniae.

34. Sperling, Petr., oratio gloriae et felicitati Friderici, Ducis Slesvici — Jenae 1700. Oct. 11.

35. Aria bei ~~[illegible]~~ der folgenden Rede. 1687. Wittenb.

36. Pfennigk, Jo. Guil., panegyricus honoribus Jo. Ernesti a Knoch, 1687. Febr. Witb.

37. Ludovici, Godofr., oratio, qua J. N. Roeserus immisit in Quedlei Rectoris provinciam Samuelem Schmidium — 1705.

~~38.~~ Roeser, Jac. Nic., oratio de eruditione pietati juncta a. 1665, qua 5 praeceptores gymnasii Quedlinburgensis introducti sunt.

38. ~~39.~~ Michaelis, Ge., oratio de dedecore foederum a Christiano cum Turcis initorum. Gryphisw. 1682.

39. ~~40.~~ v. Essen, F. J., orat. de caracteribus et ornamentis generosi juvenis. Ibd. 1706.

Ex
Bibliotheca
Academiae
Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0007
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0008
DFG

TEMPLVM
VICTORIAE APERTVM
ET
IANI CLAVSVM
MENSIBVS SEPTEMBRI ET OCTOBRI
A. Q. R. CIƆ ƆC XCVII
SIVE
PANEGYRICVS
QVEM
LEOPOLDO
MAGNO
AVGVSTO PIO FELIC
TRIVMPHATVRI
VICTORIAE A TVRCIS
PANNONIA [illegible] ZENTAM
[illegible]
[illegible]
[illegible] GERMANIAE
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
INTERPRETE AD ORATORE
MAGNO DANIELE OMEIS
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0010
DFG

39

Q. F. F. Q. S.

ORATIO

breviter repræsentans

CHARACTE-RES & ORNAMENTA GENEROSI JUVENIS,

quam,

Privatô ſtudiô elaboratam,

inſtitutô

PUBLICO ACTU ORATORIO,

Solennique Eruditorum Panegyri

convocatâ,

in Auditoriô Majore

Scholæ Senatoriæ Gryphicæ

ad

VII. Iduum Quintilis Anni MDCCVI.

ê memoriâ recitavit

Franz Jochim/Edler von Eſſen.

GRYPHISWALDIÆ,

Typis GEORG. HENR. ADOLPHI, Reg. Acad. Typogr.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0011
DFG

VIRIS

Generosissimo, Consultissimo & Excellentissimo,

Dn. Frantz/ Edlen von Essen/

Toparchæ in Rentz/ Carnitz/ Ubechel/ Schwantow & Warckow/

Sacr. Reg. Maj. Suec. in Dicasterio Pomeraniæ Citerioris Consiliario longè Meritissimo,

Parenti suo Benignissimo & ætatem colendo;

Præ - Nobilissimo & Consultissimo,

Dn. CHRISTIANO HEROLD,

Hereditario in Riedeburg/

J.U.D. Venationum, Limitum, & Forestalium, in Ducatu Magdeburgico Consiliario Regio, & Ecclesiæ ad B. Virginis ædem Octo-viro, Patricio & Salinatori Gravissimo:

Generoso ac Consultissimo,

Dn. ANTON de LANGEN,

Hereditario in Uselitz & Cavelow/ &c.

Affinibus suis omni honore atque amore prosequendis,

has qualescunque studiorum primitias,
cum omni felicitatis copiâ
in
filialis obsequii tesseram, debitæque observantiæ monumentum.

D. D. D.

Frantz Jochim/ Edler von Essen.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0012
DFG

Viri Illuſtris, Magnifice, Summè & plurimùm Reverendi, Generoſi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Experientiſſime, Clariſſimi, Doctiſſimi; Domini Mecœnates, Patroni, Fautores, Præceptores ac Hoſpites multis Nominibus Colendi. Tuq; ſuaviſſimorum Commilitonum Corona ſuaviſſima.



Licet animus doctrinæ cupidus, in optimarum ſcientiarum Sphærâ inveniat, quæ oblectamento ſibi eſſe poſſint; tantâ tamen mens humana ardet curioſitate, ut omninò exiſtimet, ferventi ſtudiorum cultori nihil tam gratum contingere poſſe, quàm ſi de genuinis rerum quarumlibet Proprietatibus plenam & exactam cognitionem hauſerit; ita, ut illas vivis quaſi coloribus depingere atq; exprimere poſſit.

Quod ſi enim æquâ rem mecum perpendo lance; video ingenium nec ullo, neque commodiori medio ad veram & ſolidam ſcientiam pervenire poſſe; niſi, non tam originem, quàm proprias rei cujusque qualitates, quibus â ſe invicem diſtinguuntur, compertas habeat.

Et quid cenſetis A. O. O. H. hæccine dicenda vera ſcientia? ſi quis rem non penitus noverit? Hiccine jure prudentiæ laude exornandus? Qui ignoret, quid diſtent æra lupinis? aut qui omnia turpiter commiſcet? Certè ille, qui allium à cepis dignoſcere accuratè non novit, neque fulgidiſſimum pretioſi diadematis ac perlucidi Saphiri ſplendorem â flaveſcenti fragilis vitri, aut Cryſtalli colore diſcernere neſcit, parum utrumque cognoſcit.

Quoniam itaque multi & genere & virtute nobiles in mundô videri præ aliis cupiunt; cum tamen, ſi accuratè acta eorum perluſtramus, vix levem invenimus veræ nobilitatis ſpeciem, aut umbram; re ipsâ verò procul ab eâ abſunt.

Præſertim juvenes, quorum externus non rarò mundi ſplendor adeò perſtrinxit oculorum lumina, ut genuinos virtutum colores & cultores veros à ſpuriis ſecernere ægrè poſſint.

Peſſima hæc rei ratio ſtimulos atque faces ſubdidit, Characteres & ornamenta generoſi Juvenis penitius paulo contemplari, omnibusque publicè ſub oculis ponere, quo certò nobis conſtent, atque ab illis, qui ſub externo ſpecioſi nominis tegmine latent, disjungi ritè queant.

Veſtri autem Auditores ſummoperè colendi muneris erit, ut quam aliis, qui ex hôc locô verba fecerunt, attentionem & benevolentiam conceſſiſtis, eandem mihi non denegetis, meique ingenii tenuitatem ac dicendi infantiam veſtrô favore & æquitate ſublevetis.

In quantô verò veræ olim nobilitatis dignitas faſtigiô ſteterit, quantô in pretiô, quantâ in æſtimatione & honore ſemper fuerit, quamque laudem nomini, immortalitatemq; famæ dederit, nemo niſi in re literariâ valde ignobilis & rudis ignorare poterit. Omnibus ſiquidem ſeculis prærogativam ea conceſſit hominibus, nobili axiomate claris, & id maximè ob eam cauſam, quia jucundæ is crederetur virtutis habere poſſeſſionem totam & incitamentum perpetuum, qui nobili ab aliis charactere differret. Errant enim, errant, qui ex ſolô genere & ſplendidâ nativitate omne nobilitatis egregiæ decus deducere cupiunt: Aliter judicavit

Lycus

Lycus Exul Thebanus infelix apud Senecam Tragicum, virum excellentis ingenii atque doctrinæ, cum ait: *Nobiles non ſunt mihi avi, nec altis inclytum titulis genus; ſed ſola virtus.* Eâdem cum Tragicô mente fuit Seneca Philoſophus, veteris Philoſophiæ decus illuſtriſſimum, cum quærit: *Quis igitur eſt verè Nobilis?* & reſpondet: *Cujus ingenio à naturâ ſemina virtutum innata ſunt.* Hinc eſt, quod non nemo vocaverit generoſum animum *virtutum diſcipulum.* Omnes enim virtutes ſuo convenire generi cenſet; vitia verò ex nobili facere ignobilem & contemnendum, imò ſimilem de grege vulgi exiſtimat. Hinc ante omnia animum nobiliſſimis inſtruit ſcientiis. Anima pars præſtantiſſima hominis, creaturæ ad DEI imaginem creatæ, adeoq; hæc potiſſimum optimarum rerum nobilitanda ſcientiis eſt: hæc variis nobili homine dignis exornanda ſtudiis: Hæc egregiis præceptis doctrinisq; excellentium hominum informanda & excolenda eſt: Hujus maximè habenda cura, ut, quàm maximè poſſit, arte perficiatur: hæc clavus eſt, qui totam corporis humani molem dirigit: Huic, niſi ſcientia, prudentia, experientia, proreta adſtet, tota ſanè machina facilè colliſa diffluet. Utut verò tam vera hæc ſint, ut veriora eſſe non queant; tamen ex Martis Scholâ quosdam hæc ægrè ferentes, obvertere mihi videor: Maximam generoſum hominem armis ſibi comparare gloriam poſſe, non ſtudiis: armis averti hoſtem; non ſtudiis: armis everti urbes; non ſtudiis: armis defendi patriam; non ſtudiis: Aſt arma ſola, niſi ſubactâ ratione atque prudentiâ ſummâ tractata, adeo inſignem gloriam non pariunt. Barbari feroces arma quidem habent; ſed parum gloriæ ex rudibus ar-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0015
DFG

mis capiunt, quia verâ gerendorum armorum prudentiâ deſtituuntur. Neceſſe igitur eſt, ut is, qui gloriam egregiam ex armis conquirere ſtudet, aut excellenti naturâ præditus, aut ex longô & moleſtô bellandi uſu ſibi verum armorum uſum & ſcientiam comparaverit, aut etiam animum optimis ſtudiis ante præmuniverit, ut in futuros proſpicere caſus, & in præſenti, quæ ex re ſunt ſalutaria cognoſcere poſſit. Et hæc inclareſcendi ratio, eſt honeſtiſſima, eſt facillima, eſt & tutisſima. Hâc viâ ii, qui bellô clarisſimi exſtitêre ad ſummum gloriæ faſtigium aſcenderunt. Nonne Alexander M. invictus ille heros, omniumque Regum ingenioſiſſimus, non modò primas literas; ſed totam etiam Philoſophiam & Medicinam à præceptoribus ſuis didicit? Tanti ille bonarum artium ac diſciplinarum ſtudium fecit, ut apertè pronunciare non erubuerit: Se malle doctrinâ anteire alios, quàm opibus & dignitate. Quid dicam de Julio Cæſare, Imperatore omnium ſuo tempore, ut fortisſimo; ita prudentisſimo? Nonne hic tantus vir, quo majorem orbis vix vidit, ab Antonio Gniphone, virô excellenti ingeniô præditô, inque re literariâ verſatisſimô in omni diſciplinarum genere ſtudiosè & diligenter informatus? Nonne adeò profecit, ut nulli literatorum cederet? Imò clarisſimis palmam præriperet? Nonne hic magnâ cum laude in globô inſidens pingi ſolet, dextrâ manû gladium tenens, ſiniſtrâ verò librum cum lemmate: *Ex utroque Cæſar*? quid hôc ipsô innuitur aliud, quàm quòd non Marte ſolùm; ſed & arte imperium orbis ceperit? Veſtrum A. O. O. H. veſtrum, inquam, ipſum requiro Judicium, Numne is, qui ſpernit ſtudia, quando ea addiſcendi occaſione non deſtituitur, cultu-

ram

ram animi negligere videatur ? Adeoque neglectus ab aliis haberi meritò incipiat ? Numne ſe ipſum turpiſſimè deſerat, & abjectum ſuum animum prodat ? Certè ſignum vilioris ingenii eſt ! Hinc ipſe ſummâ ſapientiâ exornatus Julius Cæſar Syllanum pronepotem Auguſti, quia illiteratus ſegnis, ingenioque minimè acuto eſſet, pecudem auream nominavit, Teſte Tacito *lib.* 12. *Annalium.* Sed quærat quispiam, quasnam ſcientias imprimis generoſus animus appetat, & ad quas adſpiret ? Ipſa ſanè ſuppeditabit ratio, non ad ludicras & inutiles animum applicandum; ad eas enim exercendas aut hiſtriones, aut ſtulti, aut alterius generis abjectiſſimorum hominum viliſſima turba impelluntur; Sed nobiliſſimas, quæ ad Deum, Ens nobiliſſimum pertinent, & veræ Chriſtianæ fidei fundamenta continent, quæ reip. commodum, ſuamque ſalutem, tàm temporalem, quàm æternam promovent, quæque ad honeſtam civilemque converſationem non leve pondus addunt. In ſummâ, ita in ſtudiis verſatur, eaque ſcire generoſus avet animus ex Theologiâ, quæ ipſi fundamentum largiuntur in religione, ne inter alienæ fidei ſocios peregrinans, tanquam debilis arundo à ventô huc vel iſtuc agitetur: ſed firmas radices in fide ſua agat. Ex Philoſophiâ, miſſis intricatioribus rixis, quæ uſum publicum non habent, ea promit, quæ vel civili, vel militari vitæ conducunt, imprimis jucundo ſtudio Hiſtorico, Geographico, Genealogico, & ſtylo elegantiori incumbit, ſeque â teneris annis præparat, ut vel ad urbes populosque gubernandos; vel ad exercitus ducendos; vel ad legationes, ſi quæ ſunt illuſtriores, ſubeundas; vel ad bella atrocia componenda; vel fœdera fida inter principes pangen-

da, ſtabiliendaque; vel in conſiliis ſecretioribus â ſummo imperante adhiberi queat. Hinc etiam linguis operam dat, Latinæ, Germanicæ, Gallicæ, Italicæ, in Europâ uſitatiſſimis, quo absque interprete & libros legere, & peregrinô Idiomate loquentes audire cum emolumentô poſſit. Nec hôc ipsô ſuô ſatis ſe functum officiô putat; ſed affectibus prudenti ratione frenum immittere generoſus animus ſtudet. Namque cum novit, ſe ipſum vincere maximam eſſe victoriam: Inde in eo maxima ejus conſiſtit cura, ut ſe ipſum vincat, & vitioſos exorientes motus compeſcat. Exſplendidis natalibus quantus proh dolor! exoriri ſolet internus tumor? Quô ſe nonnunquam, quamvis ſtolidè ſatis aliis, neſcio in quantum, præferri volunt? Hos ſurgentes motus mens generoſa in ipſa herba, quod ajunt, ſupprimit, & effrenam illam ſuperbiam, maximum ſignum malitioſæ fraudulentiæ, & ignobilis animi eſſe judicat. Et quis adeò rerum ignarus, ut ex experientiâ, optimâ rerum Magiſtrâ, non didicerit, ex illuſtri natalium ſplendore porrò oriri ſolere peccaminoſam quandam licentiam linguæ, & vanam libidinem gloriandi, turpiter pejerandi, quam libertatem generis dignitate inflati, ſtolidè ſibi ſumunt. Aſt generoſus animus ignobilium fœminarum, hominumq; ex infima plebe peſſimas artes judicat, & licet ſciat nobilem ſe eſſe, maximè tamen ab inſolentiâ gloriæ abeſt, & omnem evitat occaſionem, ſe ſuumque jactandi genus; ſed potius conſiderat, ſe hujus dignitatis auctorem non eſſe, nec ſuo eam merito ſibi contigiſſe: Sed â Majoribus ſaltem accepiſſe. Hinc reſpicit quidem ad ſtemma ſuum, ut ſe dignum eô gerat, nec tamen multa de eô loquitur. Gallus fido Principis Miniſtro dedicave-

rat

rat picturam innumeris ornatam ſtellis, innuens multos eſſe oculos, nullas linguas: Id verò maximè facit ad exprimendam indolem generoſi juvenis, videntis quidem ; ſed tacentis gloriam generis. Stellæ, quò altiores, eò minùs nobis fulgent; Sic nobilis animus, quò major & altior origo eſt, eò minùs de eâ videri vult. Tantùm tamen abeſt, ut hôc ipsô vel ἀφιλοτιμίας, vel ſuperbiæ inſimulari poſſit; ut potiùs ab utrôque vel maximè diſtet. Quemadmodum enim egregius ille vitiorum inſectator Seneca *multum*, inquit: *intereſt inter ſublimem animum & ſuperbum*; ita hæc natalium ſuppreſſio non omnes ſpiritus deprimit, aut animum abjectum vilemque reddit ; Sed potius ad laudabilem majorum æmulationem accendit, & exſtimulat: generoſus enim animus non quidem multum ponit in iis, quæ â majoribus accepit ; Sed ipſe gloriæ acquirendæ cupidus eſt: ſi illorum virtutem gloriamque imitari nequit; pudet eum magìs imbecillitatis ſuæ, quàm in generis inſigni dignitate gaudet; imò potiùs dolet majores omnem occaſionem inclareſcendi præripuiſſe. Invincibilis Græcorum Monarcha, omniumque excellentiſſimus Rex Alexander M. nobis in exemplum erit, qui Patris creſcente Dominiô, gerendis præclaris rebus materiam magnâ ex parte exhauſtum iri ratus; nec, quoties Philippum nobiles urbes, regionesque ſub ſuam redegiſſe poteſtatem, aut memorabili præliô parta victoria nunciabatur, magnoperè lætabatur; ſed ad ſuos potiùs æquales ajebat: *Omnia, ô pueri, genitor occupabit, ita ut ne vobiscum grande ullum ac inſigne facinus oſtentare mihi ſit reliquum.* Recenti quippe tenebat memoriâ Præceptoris ſui, Magni illius Stagiræ alumni, canonem, quô docet: *Multa dici & non*

eſſe.

esse: hinc non dici tantùm magni Regis filius; Sed ipse magnus Rex esse voluit. Scilicet iste generosæ indolis character infallibilis est, ut sui honoris & dignitatis conservationem suis potiùs viribus quærat, quàm ut majorum solô nitatur honore: quin imò turpe, suâque indignum famâ putet, si se minùs virtuosum exhibeat, quàm illi, qui tot nobilissimarum virtutum clarissima specimina & exempla posteris imitanda reliquerunt. Turpe putat laudabilibus factis cedere iis, qui tantorum præmiorum se participem fecerunt. Turpe putat minora iis efficere, qui commodiora media ad bene agendum suppeditarunt, quàm ante habuerunt ipsi ad res laude dignas gerendas. Hæc justa inclarescendi ratio; hæc ingenita generoso animo ambitio; hæc summoperè laudanda æmulatio est. Hanc quamvis plerumque comitari soleat odium, & quidem sœpius implacabile, iracundia exitiabilis, turpis famæ alterius detrectatio, quemadmodum inter magnos in Græciâ viros, astutum Themistoclem, & justum Aristidem, ejusmodi contentionem ortam esse, legimus, ut tandèm hic, illius obtrectatione collabefactus, in exilium decem annorum actus sit; non tamen succrescere, aut altas radices agere sinit generosus Juvenis, quia hi affectus facilè exorbitant, gloriamque aliis virtutibus partam facilè quidem diruunt. Quemadmodum Themistocli quoque id honori non cessit, quòd adversus innocentem virum populum concitaverat, ut immeritâ pœnâ afficeretur Aristides abstinentissimus; at potiùs de ejus laude tantùm decessit, quantùm, eum Aristides cum innocentiâ summâ, tum justitiâ immotâ antestare, omnes judicarunt. His affectibus si frena laxamus, in propriam, velut Amphiaraus olim,

lim, ruimus perniciem, & omnis generis nequitiis feneſtras aperimus. Hi ſunt ſcopuli, quos generoſa indoles maximè cavet, ne illis alliſa frangatur, vel propiùs accedens à voraginis æſtu abſorbeatur. Hîc ſeſe oſtendunt ab unô latere Scylla; ab alterâ Charybdis, id eſt, exceſſus & defectus. Uterq; in abyſſum abripit. Hos inter medius agit, clavum navis ita dirigit, ut recto itinere ad tutisſimum nobilisſimumque virtutis portum contendat, eumque ſecundis ingrediatur ventis. Tantùm igitur abeſt, ut iracundiæ communi mortalium vitio indulgeat, ut ſua potiùs virtute indignum, imò cum prudente Senecâ, *muliebre*, *puerile ac ſtolidum vitium* ſtatuat. Sed non ſatis laudis ex hoc animus ex virtute nobilis, ſibi acquiſiviſſe putat, ſi hâc ratione affectus, quod tamen opus eſt, ne Herculeô quidem labore ſuperandum, domuerit. Non totum ſemet viciſſe ſe putat, niſi ſuperiorem animæ facultatem, & in eâ quaſi dominam ſuæ poteſtati ſubjecerit, Voluntatem puto, omni fortunâ valentiorem, teſte eôdem Senecâ morum Magiſtrô optimô. Hæc, Hæc inquam, Rex eſt in humano corpore, cui omnes facultates, omnes cogitationes, omnia membra obſequium promtiſſimum præſtare videmus, quare generoſus Juvenis hujus tanquam Principis, maximam habet curam, quo optimè fungatur ſuô imperiô: nam & hic valet, vulgò dici, quod ſolet: *Regis ad exemplum totus componitur orbis.* Duos autem præcipuè gubernator ille humani corporis admittere videtur conſiliarios: intellectum, & appetitum ſenſitivum. Ille, ſi benè informatus eſt, non niſi honeſta & ſalutaria ſuadet; Hic verò plerumque cœco impetu fertur in id, quod ſenſibus ſuave & jucundum videtur.

tur. Hinc non rarò, ſi voluntas hujus conſilium ſequitur, malè imperat, & ad Tyrannidem inclinat, ſpretâq; omni ratione pertinaciter ſuô inſiſtit propoſitô, licet malô. Hoc verò vitium cane pejus & angue vitat, quia ejusmodi homo, qui ſuam modò ſequitur voluntatem, & ſententiæ ſuæ pertinaciter inhæret, licet meliora videat, & ſana ratio aliter ſuadeat, ad nullam rem magnam natus aut aptus eſſe cenſetur. Generoſus & ſui compos animus voluntatem eâ, quâ decet, moderatione flectit, & magnam ſibi hominum conciliat laudem ac benevolentiam. Aulicus quidam interrogatus, quomodo profeciſſet, ac in aulicis ſuis functionibus felicem ſucceſſum inveniſſet, reſpondit: factus ex ſalice, non ex quercu: quô dictô innuere voluit, ſe non adeò durâ cervice fuiſſe, ut inſtar duræ quercus immobilis ſemper ſteterit, aut opinioni ſuæ pertinaci voluntate inhæſerit: hôc enim modô omnium in ſe concitâſſet odium, tot ſibi hoſtes parâſſet, quot homines in aulâ extitiſſent; ſed quia ſalicis inſtar flexibilis fuiſſet, & de voluntate quandoque cum res & tempus poſtulâſſet, remiſiſſet; benigniora ſibi contigiſſe fata, melioremque fortunam arriſiſſe, conciliatis ſibi omnium animis. Sed dices, quibus legibus dominatrix illa voluntas vinciri? quibus mediis frangi poteſt? Reſpondeo. Nulli ſe ſubmittit, niſi Majeſtatico Juſtitiæ ſceptro, à nullô vinciri ſe ſinit, niſi innatæ bonitatis legibus. His aurem præbet, his obſequium præſtat, his ſe conſtringi vinculis ſinit, his ſe ſciens volensq; ſubjicit. Juſtitia optima illa rerum humanarum gubernatrix & alma virtutum mater perſuadet eidem, ut legibus juſtis morem gerens, unicuiq; ſuum tribuat. Hinc conſiderat DEO tribuen-

buendùm amorem ſuper omnia, reverentiam, cultumq; tàm interiori cordis motu, quàm exteriori geſtuum ſignificatione humillimâ. Proximo ſive ſuperiori Magiſtratui itidem honorem, obſervantiam & obſequium debitum; Pari, humanitatem & inſerviendi promtitudinem: inferiori favorem exhibet; ita tamen, ut non nimia ei familiaritas, cum illô intercedat: hæc enim, ex communi proverbiô facilè contemptum parere ſolet. in Summâ, apud omnes homines modeſtiæ ut famâ floreat, maximè nititur, & cogitat ſe â naturâ ex communi humanitatis lege, cuique hoc debere, imò gaudium ex eô capit non mediocre, ſi virtute præditis gratum officium præſtare poſſit. In hôc tamen præſtandô, ne cogitetis, quæsò, ſui ſe oblitum prorſus eſſe; ſed curat animam, curat corpus, non luxuriâ aut aliis rebus, quibus pigri ventres cuticulam curare ſolent; ſed temperantiæ ſtudio imprimis deditus curat, ne nimiâ avaritiâ corpus excruciet, aut Cynicorum more vivat; curat, ne prodigalitate bona â parentibus ſibi relicta, turpiter dilapidet. Bonitas deindè quoque aurem illi vellicat, ut miſeris & calamitate preſſis ſubveniat liberaliter, cum inimicis, & cum quibus res eſt ſibi, non ex rigore agat; memor, ſummum jus ſummam eſſe injuriam: ut ſtudeat unumquemque, quoad fieri poteſt, beneficiis devinciri ſibi potiùs, quàm vi & minis. Habetis, Auditores Optimi, Characteres generoſi Juvenis. Reſtant breviter, ut veſtrâ quoque pace ornamenta, quibus corpus ſuum exornet, recenſeam. Cum enim animus variis illuſtratus virtutum radiis ſit, corpus carere ſuis ornamentis, minimè convenit. Animo cum ſupra vulgus elatus ſit, corpore quoque præſtare decet. Ex-

ornare verò corpus honeſtâ morum elegantium ſuavitate ecquis non videt? Ubi quælibet membra corporis, non quidem ad muliebrem venuſtatem & mollitiem; tamen ad virilem elegantiam & decorum componit, corpore non incurvatô; Sed erectô, flexibili tamen ſe ſiſtit; Capite non nutat, petulantium equorum inſtar; vultum tranquillum & ſerenum, frontem in rugas non contractam; ſed exporrectam & ingenium liberale præ ſe ferentem; Oculos non vagos & volubiles laſcivorum more; ſed placidos & verecundos gerit, & ut Sulmonenſis ille vates, Ovidius monet: *Careant rubigine dentes, oraque ſuſceptâ manè laventur aquâ.* In ſedendô pedibus non crucem format, neque iisdem in ſellâ ludit, quod puerile eſt: in eundô non feſtinat nimis, nec Thraſonicâ gravitate tardis gradibus incedit. Cultum & veſtitum adhibet non ſordidum; ſed elegantem & decorum, licet non ſemper ſplendidus ſit. Pomponius Atticus, nobilis eques Romanus, laudabili in hôc nobis exemplô præivit: Nam teſte Æmiliô Probô elegans, non magnificus: ſplendidus non ſumptuoſus; omni diligentiâ multitudinem non affluentem affectabat. Supellex modica, non multa, ut in neutram partem conſpici poſſet. In verbis non nimis prolixus nugatorum more, nec nimis parcus, nec ſtentoriâ clamat voce; ſed ſermone delectatur gravi, â quò abſunt omnino levia juramenta, diræ blasphemiæ, turpia mendacia, aniles impiæ & fabuloſæ nugæ; jocos verò admittit rarò, & non niſi in tempore; non obſcœnos, quæ bilem alicui movere poſſint, nec cum ſtultis, nec immodeſtis, nec rudibus, nec cum ignotis; ſed familiaribus Cum ſuperioribus cautè, cum inferioribus parcè, cum æqualibus modicè, cum omnibus

mnibus modeſtè. In ſummâ, Mercurii ſcitè animum exhilarantis; non Momi, omnia carpentis, ſectatur ſales. Quid verò de geſtibus cenſes? Geſtus animo ſint conformes, maximè ab oſcitatione, cachinnô, reliquisque moribus ruſticis abhorreant, & quò elegantiores hi efficiantur, exteriori artium corporis exercitatione limentur quaſi & poliantur, quò nitidior & pulchrior virtus veniat de corpore pulchro. Quemadmodum enim honeſtus vir vix habitat in domô ſordidâ; ſed quôvis modô eam à ſitu & ſqualore, quô obſita eſt, purgare non ſolùm; ſed & exornare ſtudet, ut ex externô cultu domus de Dominô quoque aliquô modô judicari poſſit; Ita Generoſus animus domicilium corporis etiam quâvis exteriori arte exornat, ut ex concinnâ membrorum agilitate, elegantique totius ſtructuræ diſpoſitione facilè quis intelligere poſſit, animum huic corpori non ineſſe vulgarem. Hinc ſicuti ante aliquot annos Romæ in publicis ſuis atque conſuetis deliciis, vulgò Carneval, nobilis quidam Gallicus præſentavit currum ſatis elegantem, ac variis florum generibus exornatum, ex quô ſuaviſſima audiebatur Muſica, ac adeò ſingulorum ſpectatorum admirationem & æſtimationem promeruit: Ita adhuc quilibet Juvenis, cui de meliore lutô finxit præcordia Titan, vitæ ſuæ curriculum elegantiſſimis virtutum floribus conſpergit, exterioribus verò membrorum excercitiis tanquàm chordis totum obducit corpus, quæ ſuaviſſimam harmoniam excitant, cujus ſuaviſſimus gloriæ ſonus in totô exauditur orbe, quæ ſuavitatem omnibus actionibus conciliat, quæ ſingulorum admirationem, favorem & amorem elicit. Sunt verò corporis iſtæ motiones, quæ vel animum oblectant, relaxantque, ad quam claſſem pertinet Muſica, tam vocalis, quàm inſtrumentalis; Sunt, quæ corpus ornant, animumque ſimul perficiunt, qualis peregrinatio, quæ, magnô Lipſiô teſte, reverâ inſtrumentum eſt uſui rerum & prudentiæ. Torpet ſanè animus, ſi corpus uni ſemper affixum eſt loco. Hinc generoſo animo nihil intolerabilius eſt, quàm ſi patrios cuſtodire ſemper lares cogatur: Sed ſicut avis liberô gaudet aëre: Ita generoſus animus maximè in alienas evolare terras cupit, ut carpat ex diverſarum gentium moribus & inſtitutis ea, quæ ad futurum uſum neceſſaria ducit. Ut enim, herbas & fructus naturæ deliquiô ſerotinas, procuratô calore præcoces reddimus: ita mentem opportunâ peregrinatione maturiorem facimus ad intelligenda & judicanda ea, quæ in civili converſatione obvia ſunt: Sunt, quæ ſanitatem corpori conſervant, in quorum cenſum veniunt ludus pilæ, quô ludendi genere Græcorum gens nobiliſſima, nec non alii populi celebriores, delectati magnoperè ſunt. Sic legimus de Julio Cæſare, quod ſingulis colluſoribus ſuis centena ſeſtertia numerari juſſerit. Et de Publio Scævola, viro graviſſimo & JCtorum omnium diſertiſſi-

mô conſtat, quòd, cùm à forenſi labore feſſus eſſet, pilâ ſe aliquantulum reſtauraverit. Hûc pertinet ludus follis, ſeu pilæ majoris, vulgò Ballonen-Schlagen/ quô ludô magnum illum Septentrionis Heroëm, Guſtavum Adolphum, valdè delectatum, eamque dexterrimè agitâſſe ferunt. Ludus palli malli Italis à pilâ & malleô dictus, ſuperiori Seculô in regnô Neapolitanô inventus, nunc ob fructum ejus ſingularem in universâ Europâ familiaris, in quô ligneis malleis pila lignea, ſtipiti impoſita longè pellitur, dorſumque & brachia inſigniter exercentur, ut de aliis ejus generis taceam: Sunt, quæ corpori agilitatem induunt, & vel in vitâ humanâ uſum præſtant, tàm pacis, quàm belli tempore, quas inter primum locum habere videtur Equitatio: Hæc pacis tempore jucunditatem affert, belli verò præſidium præſtat. Id animadvertens Julius Cæſar, puer admodum equô inſidere conſuevit, quâ in re adeò agili corpore exſtitit, ut reflexis poſt terga manibus, equum ad ſaltus curſusque immotus ipſe concitaret, & ex veſtigiô habenis regeret, ſtatimque in exiguum orbem circumflecteret & à præcipiti curſu retineret. Hanc excipit ars Palæſtrica, non athletica quidem ad emungendam à ſpectatoribus pecuniam excogitata; ſed Gymnaſtica, quâ generoſus animus ad ſui defenſionem utitur, ut corpus tueri, ſeque ab hoſte defendere diſcat. Succedunt aliæ, vibratio lancis, vexilli, uſus ſagittandi & ſclopetis petendi, Pyrotechnia, ſaltus, curſus, jactus & lucta, quæ exercitia, quantùm Græcis & Romanis olim profuerint, de eô pleni ſunt omnes hiſtoriarum libri. His accedunt venationes, ſaltationes, & Architectura, tàm civilis, quam militaris, de quibus multa quidem dici poſſent, niſi veſtra me A. H. quam in audiendo adhibuiſtis, patientia in circum revocaret, atque ad vela complicanda moneret.

Macti itaque, macti generoſi Juvenes pulcherrimis iſtis characteribus, quibus præ aliis caput effertis, quantum lenta ſolent inter viburna Cupreſſi. Macti Characteribus iſtis egregiis, quibus intellectum exornatis, ut ſupra vulgum ſapere videamini; quibus affectus temperatis, ne exorbitent, & nobilitate veſtrâ indignum quid committant; quibus voluntatem ita conformatis, ut non niſi in laude digna quæ ſunt, conſentiat; quibus omnes omninò geſtus motusque corporis, ita componitis, ut nobiliſſimo virtutum ſplendori exactè reſpondeant. Pergite, pergite inquam, hâc inſiſtere viâ, nec fumoſis modò majorum imaginibus nitimini; ſed ita vos gerite, ut rebus virtute geſtis generis nobilitatem poſteris relinquatis illuſtriorem.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

DIXI.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0027
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0028
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0029
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0030
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1689897880/phys_0031
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn1689897880/phys_0032
DFG

ornare verò corpus honeſtâ morum elegantium ſuavitate ecquis non videt? Ubi quælibet membra corporis, non quidem ad muliebrem venuſtatem & mollitiem; tamen ad virilem elegantiam & decorum componit corpore non incurvatô; Sed erectô, flexibili ta[illegible] ſiſtit; Capite non nutat, petulantium equo[illegible]tar; vultum tranquillum & ſerenum, fronte[illegible]gas non contractam; ſed exporrectam & ing[illegible] liberale præ ſe ferentem; Oculos non vagos [illegible]biles laſcivorum more; ſed placidos & vere[illegible] gerit, & ut Sulmonenſis ille vates, Ovidius [illegible]: *Careant rubigine dentes, oraque ſusceptâ manè l[illegible] aquâ.* In ſedendô pedibus non crucem fo[illegible]eque iisdem in ſellâ ludit, quod puerile eſt [illegible]ndô non feſtinat nimis, nec Thraſonicâ grav[illegible]rdis gradibus incedit. Cultum & veſtitum a[illegible] non ſordidum; ſed elegantem & decorum [illegible]on ſemper ſplendidus ſit. Pomponius Atti[illegible]bilis eques Romanus, laudabili in hôc nobi[illegible]plô præivit: Nam teſte Æmiliô Probô eleg[illegible]n magnificus: ſplendidus non ſumptuoſus [illegible]diligentiâ multitudinem non affluentem a[illegible]t. Supellex modica, non multa, ut in neutr[illegible]tem conſpici poſſet. In verbis non nimis pr[illegible]ugatorum more, nec nimis parcus, nec ſten[illegible]amat voce; ſed ſermone delectatur gravi, [illegible]bſunt omnino levia juramenta, diræ blasphe[illegible]rpia mendacia, aniles impiæ & fabuloſæ n[illegible]ocos verò admittit rarò, & non niſi in tem[illegible]non obſcœnos, quæ bilem alicui movere po[illegible]ec cum ſtultis, nec immodeſtis, nec rudibus, nec cum ignotis; ſed familiaribus Cum ſuperioribus cautè, cum inferioribus parcè, cum æqualibus modicè, cum omnibus